

tibi elige hominem spirituales. cuius
eruditione cuius monitione et examina-
tione omnia tua exercitia perficere stu-
deas et adimplere. Hec est doctrina
tutissima et sanctorum patrum sententia
antiquitus approbata.

Quod pugnans contra octo vicia capi-
talia. quodammodo pugnat contra omnes
inordinatas affectiones. Capl. liij.

Igitur si arma arripuisti si duc-
torem qui te precedat consulendo
et dirigendo inuenisti tempus est ut
prelium aggrediaris. Itaque pugnandum
tibi est contra omnes inordinatas affecti-
ones que maxime surgunt ex vitium anime
destitutione per primum tuum descensum a
iusticia originali. Quauis autem vi-
tiose affectiones anime sunt plurime
ab ascensu te retrahentes. verum vna
est regina et septem duces. unde om-
nes alie vitiose passionis oriuntur.

quibus deiunctis et in locis earum contra
eius virtutibus introductis omnia inor-
dinata desideria conquiescunt. et per
certamen contra illa octo quodammodo
vires restituuntur dum earum noxie mo-
tiones freno rationis moderantur. Sunt
autem hec octo vicia que interdum dicuntur
principalia quasi principes aliorum viciorum.
interdum capitalia eo quod de ratione
eorum sit ut alia vicia ex ipsis orientur.
Illa vero vicia de quorum ratione est ut
ex ipsis procedant. filie eorum dicuntur.
Interdum vero dicuntur mortalia in quantum
morte culpe occidunt et a vita gratie
separant et a deo qui est vera vita.
Non tamen hec octo semper sunt morta-
lia nec etiam ex genere suo. Sunt autem
hec octo superbia. vana gloria. accidia.
invidia. ira. philargiria. luxuria. gula.
T De modo pugnandi contra vicia
et quod homo non debet contra omnia